fiteri ſicut alia peccata tn̄ prius eſt abſolutus ſicut ab
omnibꝫ aliȷ̄s Tamen oblita ſi eciā ad memoriā ve-
nerint cōfiteri tenetur hec ē ſentēcia hoſtiñ rayꝫ io ·
in ſūma cōfeſſorum ⁊ boeck in ē cū ꝓ eā de ſen · cō ·
Et bene menti tenendū ꝙ multi religioſi habent pe-
nales cōſtitucōnes in quibꝫ aliquis incurrit ſuſpen
ſionē aut aliā cēſurā ipſo fcō ſꝫ ꝑt modo p̄dcō abſolui
niſi ſit reſeruata abſolucio Et ſequitur ⁊ a peccatis
tuis qꝛ ab omnibus tam oblitis quā confeſſis cōtri
tis ⁊ attritis Incaute enim additur cōtritis qꝛ ſtat
ꝙ nō ſit cōtritꝰ ſꝫ attritꝰ ⁊ tunc nichilominꝰ abſo-
lucio tollit peccatū qn̄ homo dolꝫ ⁊ wlt in futurum
ceſſare a peccatis cōmiſſis vt dicit tho · ⁊ aliȷ̄ Sic eci
am incaute dicitꝰ de oblitis qꝛ vt cōmuniť dicūt doc-
tores ī cōfeſſione tolluntur ꝑ abſolucōnem Si autē
dicitur que velles libenter cōfiteri qn̄ ad memoriam
tibi venirent nō ē omnino cautū qꝛ qn̄qꝫ ex paſſione
poſſet oppoſitū cōtingere in ꝑticularibus caſibꝫ ſi-
cut qui wlt abſtinere a fornicacōne quādo obiectū ſi
bi p̄ntatur ⁊ accaſio datur tūc in mente mutatꝰ ideo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

D ſufficit predcã abſolucio Et ſi oportz exteriꝰ abſolui
a cenſura ĩ foro contencioſo ſeruet' forma. Tamen ꝓ
prie non ẽ ibi forma iuris niſi ſecũdũ cõſuetudinẽ cu
iuſlibꝫ cõſiſtorij ſꝫ ſufficit ꝙ dicat aut ſcribat iudex
abſoluo te a cenſura illa in noĩe pa. ꝛ fi. ꝛ ſpiritꝰ ſ.
Sed primo ſatiſfaciat aut ꝓmittat ꝙ velit ſatiſface
re ꝑti leſe ꝛ ſtare mandatis eccleſie Quidã dixerũt
ꝙ iurare debeat ſꝫ nõ oportz Alij ſeruãt ꝓlixã for-
mam ſcꝫ ꝙ primo iurat ſtare mãdatis eccleſie Secũ
do ꝙ dicat publice confiteor generale Deinde abſol-
uens ꝑcuciat eum virga dicens Miſereat' tui om-
nipotẽs addẽs ps̄ miſerere ad finem kyr. pat̃ noſt̃
Et ne Saluũ ꝛ mitte ei auxi dñe exau. Oremꝰ De
us cui propriũ ẽ miſereri ſp̄ ꝛ ꝑcẽ ꝓpiciare fa. tuo
et abſolue eum a ſentẽcia aut cenſura tali et ego ab-
ſoluo eum ab illa ꝟ illa cenſura ꝛc. Poſt huiuſmo
di publicã abſolucõnez nichilominꝰ tenet' confiteri
ꝛ ſacramẽtalit' abſolui iuxta formã eccleſie ꝓmiſſam
Quãdo autẽ nõ eſt opus exteriꝰ abſolui ſufficit ꝙ fi
at ſimplicit' in confeſſione iuxta premiſſa Tamẽ ſe-
pe opꝰ ẽ exteriꝰ fieri et publice vt alij ſciãt eum ab
ſolutũ quibꝰ ꝓꝰ fuerat denunciatus quãdo autem
ſciret' excõmunicacõ ꝛ nõ abſolucio ſi ſequeret' cele-
bracio aut diuinorũ remiſſio poſſet ab alijs ignoran
tibus abſolucõez iudicari irregularis aut contumax
et beneficiatꝰ in beneficijs poſſet ꝑiclitari Alij ad-
dunt diſpenſo tecũ ſup irregularitate ſꝫ non oꝫ ꝙ ad
datur niſi quis habeat ꝑtãtem diſpẽſandi ꝛ eſſet ve
ri ſimile ꝙ aliquis indigeret diſpenſacõne q̄ p̄t excu
ſari ꝛ intelligi de ꝑua irregularitate que cõtrahitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

in õni pccõ mortali ꝛ excõmunicacõne minori ꝓhibẽ
te diuinorũ miniſteracõꝫ ꝛ celebracõꝫ vt ĩ c • ſi • de cle
excõ • mil • ꝛ hãc diſtinctõꝫ ponũt goffre • pe • ꝛ alij
viꝫ ꝙ a mĩore irregularitate p̃t abſoluere ymmo eci
am diſpẽſare ſacerdos tñ nõ ẽ hoc neceſſariũ • ca ix •

De diuerſitate cõmunicacõis ꝛ excõmunicacõnis

T qꝛ diximꝰ de excõmunicacõne ꝛ irregula-
ritate breuit̃ eſt ſciendũ ꝙ excõmunicacõ eſt
exclusio a ꝯmuĩtate ꝫ ideo enim dicit᷑ excõ-
q̃ſi ext̃ ꝯmõeꝫ poſicõ Vñ nota ꝙ ẽ q̃dã naturalis cõ•
ſicut cõmunicat aĩa cũ corpe Et ẽ quedã ciuil̃ ſicut
cõmunicãt ciues ad inuicẽ et extra hãc p̃ſcribuntur
hoĩes ꝑ exilium Alia ẽ diuina ſicut quãdo homo cõ
municat cũ deo in grã extra hãc ponit mortale pecca
tũ Alia ẽ eccleſiaſtica qua mẽbra eccleſie cõmunicãt ĩ
boĩs eccĩe viꝫ ĩ ſacramẽtis ꝛ in oĩbꝰ ſuffragijs ext̃
hãc ponit excõ • Et ſũt irregularitates q̃ ſequũt᷑ cẽ
ſuras p̃dictas ꝛ qñqꝫ defectꝰ naturales vt qñ homo
ẽ cecꝰ ſurdꝰ aut alit̃ defectuoſꝰ vt nõ poſſit exercerẽ
officiũ ſacerdotis Et ſũt eciã excõmunicacõnes licet
inproṗe dcẽ ĩ religionibꝰ vt qñ quis p̃uat᷑ cõmunıõe
mẽſe ȧ a cõmunibꝰ tractatibꝰ ſecludit᷑ ȧ a cõuentu q̃
tñ nõ ĩcurrit aliquã irregulaitatẽ ſi ſic celebrat Sic
eciã ſuſpẽſio quãdoqꝫ fit a beneficio ȧ doctoratu aut
lcõe aut huiꝰmodi vbi eciã nõ cõtrahitur irregulari
tas ſꝫ quãdo q̃s a diuinis ſuſpenſꝰ ẽ vt in ca • i • de
ſen excõ • libro • vi cũ ibi notatis • ca • x •

De diſcrecione p̃latorum ĩ iudicijs faciẽdis
occultorũ pccõrũ q̃ ex confeſſionibꝰ aut alias
ſecrete norũt ꝛ occultis nõ diffamãdũ •

k

T prelatus ſit cautus de peccatis corri
gendis vt ea que ſuo iudicio cōmittunt᷑
iudicet et non occulta· vnde ſi aliquod
mortale peccatū eſt omnino occultū vt nec fama ſit
de illo ſ; dicat forte vnꝰ prelato tūc non debet pre
latus peccatū illud publicare nec deb; accuſatū ad
hoc cōpellere vt cōfiteat᷑ publice ymmo nullus de/
bet ſeipſū infamare occultū publicādo qḋ forte tan
tū vnꝰ ſcit Nam graue peccatū eſt alterius peccatū
publicare ⁊ ipſū infamare · Ideo grauiꝰ eſt ſeipſū
infamare quā alium cū plus ſeipſū ꝙ̄ aliū diligere
teneatur · vt dicit Auguſtinꝰ ī libro de doct̄ xp̄iana
et alij cōcordant Primo diligendꝰ ē deus Scḋo te
netur homo diligere ſeipſū Tercō ꝓximū ſicut ſe ·
Sed in hoc caſu ſic ē ꝓcedendū ꝙ ſi quis accuſat ali
ꝙ̄ de graui peccato debet in occulto prelato dicere
illi qui accuſatur ⁊ exhortari vt ſe emendet Et qui
refert p̄lato deb; dicē Ego dico vobis ī occulto ꝙ ſi
hoc non diceret deb; nichilominꝰ diſcretus prela/
tus hoc tenere occultū nec publice iudicare que oc
culta ſūt nec ad teſtimoniū vnīꝰ feratur ſentēcia vt
dicit lex domini Occulta ſūt cōmittenda deo qui di
cit Ego ſū ſcrutans corda et renes · ⁊ ap̄lūs dicit·
Nolite ante tēpus iudicare · i· occulta donec veat
dominꝰ q̄ et manifeſtabit cōſilia cordiū Sed de ma/
nifeſtis que p̄n̄t ꝓbari iudiciū admittat dicēs In
ore duorum vel trium teſtiū ſtet omne verum Et
ap̄lūs publice peccantes corā omnibꝰ corripe vt ce/
teri timorē habeant Vnde in iſtis occultis grauibꝰ
vbi non preceſſit infamia · ſ; tantum ab vno forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

ſcitur nõ debet prelatus iudicare nec debet in occul/
to p̃cipe vt cõfiteatur ſʒ poteſt ꝑſuadere Tamen qui
videt occultũ et graue peccatũ debet in occulto reue
lare ei qui p̃t ꝓdeſſe et nõ obeſſe · vt dicit auguſtinꝰ
ſuꝑ leuiticũ ſcʒ p̃lato aut alteri bono viro q̊ poſſit ĩ/
formare peccantẽ ⁊ hec informacio fieri debet in oc/
culto Si autẽ negat nõ ẽ vlteriꝰ ꝓcedendum nec ẽ in
capittulo dicendũ ne fiat ĩfamia illi qui reꝰ ẽ · ſʒ po
teſt dici ĩ generali vt ſcʒ dicatᷣ dilectiſſimi videte ne
retineatis mala grauia apud vos quoniã neſcitis
diem aut horam mortis ⁊ dominici aduentꝰ Poteſt
enĩ ⁊ melius dicere prelatꝰ in confeſſione vt cõfitea
tur ⁊ ſe emendʒ ⁊ ſic oĩa manent in ſecreto Si autẽ
omnino graue ⁊ qđ infamat penitus occultũ alicui
ꝓponatᷣ publice et p̃cipitur vt reſpondeat an verũ
ſic dicat Ego nego illud ſcʒ vt proponitᷣ ⁊ hec ẽ via
ſchoti ⁊ aliorũ ⁊ eciã iuriſtarũ qui dicũt qñ rñdʒ ĩ ta
li · nego vt ꝓponitᷣ qꝛ q̃ publice accuſatᷣ debʒ publi/
ce ſuꝑari ideo ſine peccato p̃t negare Nec debʒ prela/
tus ſe intromittere de hijs q̃ dei ſũt iudicio reſerua
ta ſʒ ſufficit ſibi iudiciũ eorũ que ꝓbari poſſunt Pre
latus q̃ aũt precipit talia cõfiteri p̃t mortalit̃ peccare
et aliꝰ dicit ĩiuria querulari Nam poteſt ſic dicere
ego cõqueror de iniuſta accuſacõne ⁊ peto vt ꝓben/
tur que obiciuntᷣ michi Quia deus dans formã iudi
cibus in geneſi dixit de zodomitis deſcendã ⁊ vide/
bo ſi ope ꝑfecerint ſermonẽ q̊ venit ad me Deꝰ oĩa
nouit ab eterno tamen voluit dare iudicibus formã
vt niq̃rant diligẽter illa de quibꝰ ẽ infamia Et ſic ẽ
alius caſus ꝙ vbi ẽ infamia debʒ prelatꝰ diligenter

inquirere ꝛ non dᷓpnare ex ſolo clamore populi et malorum ſicut fecit pilatus qui ad ſonum malorum et populi dampnauit xp̄m innocentem iniuſte cum tñ hoc lex vtriuſqꝫ populi ꝓhiberet Exo · xxiij · ne ſequaris multitudinē ad faciendū malum ꝛ C · de pe · l · decurionū ad clamorem populi nullꝰ condēpnetur ſꝫ iuſte iudicetᷣ · Unde dicit gregoriꝰ · ꝙ ideo pilatus iiuſte iudicauit eciā more gētilium qꝛ cōtra illam legem īpialem fecit xp̄m dāpnando Unde auguſtinꝰ quinto de ciuitate dei dicit ꝙ romani ōnibꝰ quos vicerunt īpoſuerunt leges ſuas · Et Julius impator poſuit multas leges que tempore aduentus xpriſti viguerunt Et dicitur probabilit̄ ꝙ pylatus ſecūdum appenciā legis iulij maieſtatis dñm xpriſtū iiuſte dampnauit Si autē infamia precedit p̄t iudex iudicare ſecūdū iuſticiā dicens coram notabilibus ſi potes expurga te de hac infamia ne iuſtā ſuſtineas vlcionem Et ſi accuſatus ſolum vnum habet contra ſe teſtem Dicat prelatus vt proferat veritatem aut vt ſe purget cū alijs quiqꝫ uel ſeptem ꝛ Quia ipſe infamatus iurabit ꝙ non fecit hoc qđ ſibi inponitur crimē Et alij qui purgant ipſum iurabunt ꝙ credunt ipſū iurare veritatem de hoc in · c · quociens et c · inter et alijs de purgacione canoīca · Si quis autem in ſecreto aliqua accipit et promittit tenere ſecreta non poteſt prelato aut alteri precipienti reuelare niſi vergeret in detrimentum communitatis vt ſi quis vellet īcendere ciuitatē aut hēſim facere qꝛ tunc reuelare poſſet · vt dicit thomas et alij eciam ſi iuraſſet ꝙ non vellet reuelare quia iu

ramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis · vt
dicit auguſtinꝰ Quia ibi minꝰ malum eſt eligēdum
ſicut in illo qui iurat malū facere melius ē ſi ceſſat
et non facit · ymmo malum eſt illa in ſecreto accipe
que ſentit in detrimentū cōmunicatis vergere poſſe
Non ſit igitur homo facilis ad accipiendum aliqͥ in
ſecreto vel ſub confeſſione · vt conſulit thomas Si
autē in confeſſione audit quis mala non debet publi
care ſi per hoc poſſet peruenire ad noticiam confiten
tis Quāuis ray · dicat in hereſi poſſe fieri publica/
tionē ſʒ alij cōmunit contradicūt Tamē poteſt dicē
in generali vt vigilet ſup gregē ſic tū ꝙ p generalia
verba nō poſſit vocari pſona cōfitētis quāuis eciam
nō eſſet abſolutꝰ quia tū in confeſſione dixit tenēda
ſunt ſecreta · In hoc concor · omnes thomas bona
uē · ſcotꝰ ꝛ alij In magnis igitꝰ peccatis occultis
ſic ē tenendū · qm̄ pbari pūt precedere monicōnes In
peruis culpis que non infamāt licet aliquā verecū
diam generēt nō eſt neceſſe p̄cedere monicōnē ſʒ poſ
ſūt occulte et publice argui tamen melius facit pre/
latus vt omnia que pūt occulte dici ꝛ emendari ꝙ il
la in publicū nō deducat quia ex leui publicacōne ſe
pe fiunt perſone inpacientes ex talibus q̄uis per/
uis et de facili odium concipitur · Cum autē pre
latus ad hoc debeat conari · vt vita hominum corri/
gatur caritas īmolata cuſtodiatur debet attendere
qualis modus correptionis ſecūdū condicōnem pſo/
narū ſibi cōmiſſarū valeat amplius ad emēdacōnem
et ad caritatis augmentacōnē hec ē ſentēcia augꝰ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

thome ꝛ aliorū Si aūt quis viderit aliū peccare pec
cato nō iterabili ꝛ tn̄ graui faciat vt dictum ē dicen/
do ei aut prelato ꝛ ſufficit Si aūt iterabile ē factū
accipiat vnū qui ſecū videat aut duos vt poſſit ꝓba
re prius tn̄ debet occulte moueri ne iterū faciat Si
aūt nullus voluerit ſecū explorare dicat prelato vt
ad hoc aliquos deputz qui ſi noluerit tūc ſufficit il
li ꝙ fecit q̄tū ī ſe eſt qḋ potuit ꝛ debuit Si aūt gra
ue ē ꝛ noluerint dicere p̄lato aut reo de quo ē ſpes
vt audiat ꝛ emendz grauiſ̄ tacendo peccat Si autē
nouit prelatū aut reū tante peruerſitatis vt timeat
maius ſequi ꝑiculū tacendū ē potius Et qui ſciunt
ꝛ habēt ſpem de emendacōne ſꝫ tacent qn̄ alius non
ē qui poſſit remediū ponere grauiſ̄ peccant Secus ſi
alij ſciunt meliores aut ſi peccatū eſt veniale Et ſi
venit talis reus ad confeſſionem ibi melius infor/
mabitur in ſpiritu manſuetudinis · Si autē accidit
quibuſdam ꝙ ſepe cōfitentur occulta peccata ſcꝫ car/
nis aut alia tūc abſoluendi ſꝑ ſūt qn̄ proponūt ceſ/
ſare q̄uis iterū recidiuāt ſicut ſunt aliqui qui ſe ma
culant in carne ꝓpria contra naturam qui ſi ꝑſeue/
rant vltra · xxiiij · annū ꝛ ſe nō emendāt poſtea ra/
ro aut nūq̄ ſe emendabunt et licet ꝓponāt ceſſare ꝛ
plorēt ac multa remedia ſuſcipiāt tn̄ quādo accedit
temptacio tūc oīa remedia nichil valēt et ſic iterum
cadunt et cōfitētur et iterū atqꝫ iterū Ibi videat cō
feſſor ꝙ nō ſit talibꝫ durꝰ ſꝫ abſoluat quia nō ſolum
ſepcies ꝫ ſeptuagieſſepcies dixit xp̄c fratri ignoſ/
cendū Deus autē pluſq̄ homo ē miſericors qꝛ miſe/
ricordie eiꝰ nō ē numerꝰ ſꝫ et ab eterno vſqꝫ in eter/

nū ſuper oīa opa eius q̄ forte pmittit vt ſic cadat ho
mo ⁊ humiliet̄ ſp ex caſu quia ſi forte poſſet reſiſte/
re in maiorem cadēt tēptacōnem ſupbie Unde ⁊ xp̄c
noluit a paulo tollere ſtimulū carnis ne ſuperbiret
ex magnitudine reuelacionis Jdeo pie conſolandi
ſūt tales ⁊ humiliter dirigendi tamen penitēcia du/
ra poteſt eis p iteracōne īponi et dici nūc te abſoluo
ſ; īiungo tibi vt qn̄ iterū occurrit illa tēptacio dicas
flexis genibꝰ · Aue maria · ⁊ ōnes ſcōs aut ponas
te nudū ſuper t̄ram aut inter vrticas vel vepres āt
in niuē ſicud legimꝰ de ſcīs Benedicto franciſco ⁊
alijs ſe; bene qui merſit ſe in aquā gelidā · aut ieiu/
neū ī pane ⁊ aqua qn̄ iterū cadit aut aliā durā penā
cū volūtate tn̄ cōfitētis et acceptacōne Si autē pec/
catū ē manifeſtū tūc pena īponenda ē per iudicem ī
foro exteriori · i · cōtempcioſo vt ē peccatū adulterij
publici aut huiuſmodi Si aūt quis tenet adulterā
aut cōcubinā; ⁊ non vult eam relinquere talis ſcit ꝙ
non p̄t ab ea cōtinere mouendꝰ ē vt relinquat eam
alias nō velit eū abſoluere Si autē proponit in cor
de ꝙ nō velit amplius cū ea peccare ſ; p neceſſitate
ſua habere ⁊ q; nō neceſſario peccanti eo ꝙ illā ten;
cū ⁊ multi cū pſonis cōtinenter viuūt pꝰ peccata ſi/
mul cōmiſſa nō deneg; abſolucōne; licet cōſilium da
re debeat recidiuāti vt ſe a tali pſona ſeparet S; p̄/ P
lati qui habent illa arguere debēt vigiles ī hijs eſſe
q; ſalutaria ymmo q; neceſſaria ſūt pp̄ vitāda ſcā
dala Si aūt confitens dicit ꝙ non velit abſtinere a
peccato aut officio qd̄ in ſe malum ē vt vſurā accipe/
re aut manere cū dn̄o qui bella iniuſta nutrit et fa/

cit rapinas ꝛ ſic de aliẏs qꝛ tūc nō ē abſoluēdꝰ a pec
catis ſuis aliquomō qꝛ falſas agit penitēcias qꝛ nō
wlt relinquere ea in quibꝰ īpoſſibile eſt ſe cuſtodire
poſſe ꝛ mortali peccato Et ſic occulta occulte argu-
enda ꝛ emendanda ſūt et manifeſta manifeſte cete-
ri timeant · capittulo · xx ·

De incarceracōne incorrigibiliū et
reuocacione fugitiuorum ·

T ſi non ſufficit ſimplex diſciplina ſꝫ ſunt
forte īcorrigibiles aut magna cōmiſerunt
crimīa ī religione ſicut fornicacōꝫ vulnera
cōneꝫ aut ſimilia tunc ad carcerem ſūt ponendi quia
contra vota ſua peccauerunt ſimiliter et qui propriū
tenent aut rebelles ſunt et moīti nolunt emendare
q neqꝫ obedire in hẏs caſibus et ſimilibꝰ ſtatuta reli
gioſorū incarcerant monachos Sed dicis poteſt hoc
eciam fieri in loco ſacrato abſqꝫ violacione dixerunt
quidē ꝙ nō Sed dicendū ꝙ ſic quidē quia non queritᵘʳ
ad mortē neqꝫ ad effuſionem ſanguinis aut mutila
cōnem ſꝫ dumtaxat ad penā clauſtralem vt agat pe-
nitēciam Unde licet ipſe ſit in ſacris tamē non cōmit
titur ſacrilegium nec incurrit excōmunicacōnē ſi qͦs
rebellem ad preceptū ſui prelati capit et incarcerat
vt in · c · ſi clericos de ſentē · excō · li · vi · Nec viola
tur per hoc īmunitas quia nō punitur ad mutilacō
nem aut effuſionem ſanguinis quia iſte pene non cō
ueniunt religioſis nec ſpiritualibus ꝛ eccleſiaſticis
viris ſeꝫ epīs ꝛ huiuſmodi Nec violatur īmunitas
eccleſie qñ īde extrahitᵘʳ ſeruus vt reddatur dño ſuo
qñ dominꝰ preſtat caucōnem ꝙ ipſū non ledat ī cor

poꝛe Similiter ſi tollitur de eccleſia vt agat penitē
ciam . aut ſi ponitur in eodē loco ſacro ad agendam
penitēciam nō violatur eccleſia aut ſi inde trahatur
vt alibi agat penitēciā aut ſatiſfaciat ꝓ obligacōibꝫ
in . c . vltio . de hijs qui ad eccleſiam cōfugiūt . et ha
betur in c . iter de emunitate eccle . Sic et ille q̄ frā
git carceres in loco ſacro aut inmunitate eccleſie p̄t
ſi fugit ad eccleſiam inde extrahi quia violauit īmu
nitatē et libertatē vt in . c . ſi de emunitate eccleſie
Unde videant prelati vt non effudant ſanguinē nec
verberari faciant monachos diſciplinādos ī locis
ſacris ad effuſionem ſanguinis Si autē diſciplina
īponenda ē alicui monacho . hoc faciat prelatus per
ſe vel per clericū et nō per laicū Nam ſi per laicū fe- r:
cerit monachū verberari et diſciplinari ambo erunt
excōmunicati ſcꝫ tam iubens quā faciens vt in . c .
vniuerſitatis de ſentē . excō . Sit tn̄ prelatus proui
dus in hijs penis vt nō inferat tam graues penas
niſi ſit neceſſarium ſcilicet quando ſunt incorrigibi-
les et nolunt emendare . aut quando grauia cōmit-
tunt tranſgrediendo ſua vota per fornicacōnem aut
furtum vel incendium quia in hijs ſi probatur con
tra eos et in ſimilibus ſine monicōne ſunt incarce-
randi Similiter ſi inuenti fuerint habere proprium
ſine licencia quia et poſt mortem tales habendi ſunt
tanq̄ dampnati et extra cimiterium ſepeliendi vt
in . c . Cum ad monaſterium de ſta . mona . qd̄ eciā
b . grego . feciſſe legitur In alijs autem exceſſibus
ſcilicet quādo non obediunt ad nutum aut nolunt S
diſciplinam accipere aut penitēciam īiunctam pub-

hiec ſeruare vt conſuetū ē tūc ſūt priꝰ adhortandi ⁊
āmonendi in priuato ⁊ ſunt aliqui boni viri ad eos
mittēdi qui eos informent vt obediāt Qui ſi nolunt
nō ſunt eiciendi vt olim ſ; in carcerē ponendi vt no
tant doc . in . c . cū in eccleſijs de maioritate . ⁊ obe .
Et ſi ſūt epulſi tūc ſunt reuocandi quāuis vltra ter
ciam vicem hoc non concedat regula ſancti benedicti
tamē autoritate pape ſūt reducendi quociens excūt
Et prelati debēt in hoc vigilare et ꝑ ſen . excōmu-
nicacōnis eos cōpellere ⁊ ſi opus fuerit brachiū ſecu
lare ad hoc inuocare Nam dn̄s arguit prelatos per
ezechielē ꝓphetā ꝙ ouē errātē nō reuocauerūt Ideo
eciam ſanguis eorum de manu paſtorū requireret ſi
cut ibidē legit ⁊ hec omnia habent in textu ⁊ nota-
tis . c . vltio de regularibus Unde cōcluditur ꝙ per
iculoſe errant in ſalutē aīarū ſuarū qui ꝑſonas pro-
feſſas expellunt de monaſterio aut dant licenciam
exeundi ad ſeculū pro libitu ſuo aut nō reuocant ꝑ-
ſonas monaſterij ſui propoſſe ſuo iuxta ea que ſupe
rius hic dicta ſunt q; ex ore domini dicit propheta
quia aīa ſuꝑiorum erit ꝓ aīa ſubditorū q̄n ꝑeunt ꝑ
negligenciā prelatorum Idē intelligendum eſt per
oīa ⁊ ſemper demonialibus que obligantur ad vota
ſua ſicut ⁊ monachi ⁊ ad diſciplinas quia eandē ha-
bent regulam . capittulū . xxi .

De diſciplinis monialiū et cete
ris penis ⁊ cenſuris .

Notandū ꝙ viri nō debent eas diſciplinare
ſ; mutuo inter ſe hoc faciant Tamen ſi eſ-
ſet aliqua incarceranda aut fugitiua capienda poſſet

ad hoc virorũ auxilium aſſumi Sed in capitulo mo
nialium dicunt culpas ſuas ꝛ faciunt pro clamatio
nes ſuas corã abbatiſſa aut prioriſſa ſeu que ꝓ tẽpo
re locũ illarũ ſupplere videtur Et põt dare diſcipli/
nas ꝛ excõmunicare moĩales ſecũdũ tenorem regule
Nõ autẽ propria excõmunicacõe iuris aut ſuſpẽſiõis
interdicti qꝫ vel ceterarũ cẽſurarũ eccleſiaſticarũ vin
culis ligare aut ſoluere neqꝫ p̃dicare vt in · c · ix ·
de pe · ꝛ re · poſſunt tñ in capitulo corã monialibꝯ
facere exhortacõnes Et ex cõſuetudine poſſunt pre/
ſentare ad beneficia ꝛ eciã inſtituere et iudicare vt
in · c · prefato notatur ꝛ in · c · dilcã de maio · ꝛ
obe · capitulo · xxiij ·

De cõfeſſoribꝯ ꝛ p̃poſitis monialiũ

Debẽt tñ monachi p̃eſſe monialibꝯ ꝛ regẽ mo
naſteria earũ cũ ipſis ſcꝫ eiuſdẽ ordĩs vt q̃ ſũt
de ordine canonicorũ regularium regant moniales
eiuſdẽ ordinis in locis ſuis ꝛ ſibi ſubiectis Sic de
ordine ſancti benedicti ꝛ alijs ſuo modo ſicut habet͛
in · c · xi · xviij · q · ij · Nõ tñ debẽt ſimul cõuenire ĩ
vno loco nec ſtare ſimul in eodẽ choro nec in eodẽ ca/
pitulo aut monaſterio ſimul cõueniãt Sꝫ monachi
ſeorſũ in ſuis ſint monaſterijs ꝛ moniales ſeorſum
ĩ alio vt ĩ · c · diffiniuimꝯ · xviij · q · ij · ne cõmittã
tur fornicacões adulteria ſacrilegia aut ſimilia ꝛ ne
violent͛ moniales qꝛ callidus eſt hoſtis tales ad
inuicem prouocare Sed debent habere cõfeſſores de
eodem ordine qui in loco ſeparato ꝛ clauſa per cancel/
las earũ auſcultet confeſſiones vt tantum ſe mu/
tuo audiant ꝛ nõ cõueniant vt ſic inſtituant͛ in re/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

gulari vita Et ſi qn̄qȝ intrare debeāt ⁊ oporteat tūc
ſocios ſecū accipiāt ⁊ ſolꝰ cū ſola nūq̄ ſedeat āt cōſiſ-
tat ſꝫ cū ſocietate Sic eciā qn̄ fiūt eis p̄dicacōes ſint
moniales ſole in vno loco ⁊ predicator in alio Nam
mutuus aſpectus taliū ꝑiculoſꝰ ē ſimiliter ⁊ collo-
quiū quia ignis a facie femīe procedit Unde ſpūalis
homo accendit' ⁊ in carnalem cōuertitur In monaſ-
terijs tn̄ ſancte brigitte eſt diſtinctio talis vt nūq̄
in vnū cōueniāt monachi cū monachabꝰ ideo nō ē eo-
rū inſtitucio cōtra prefatos canones q̄ prohibent ſi-
mul habitare monachos et monachas Reprehenſi-
bile eciam eſt valde ꝙ moniales habent ſeculares
preſbiteros aut rectores qui audiunt earum confeſ-
ſiones et dirigunt negocia earum · Quomodo enī
poteſt docere et inſtituere in regulari vita qui non
didicit eam Et quomō poteſt aſſumi in magiſtrū q̄
nūq̄ fuit diſcipulꝰ · nō vtiqȝ in · c · cū ī magiſtrū de
electis et eſt contra canones alios dicentes ꝙ per
monachos debent regi monache · i · moniales Et ē
hic modus vt monaſteria monialium ſint ſubiecta
monaſterijs monachorum · ⁊ tunc ſuperior prelatꝰ
vnū vicarium deputet monachabus aut moniali-
bus qui eis preſit in ſpiritualibus et ſi opus eſt in
temporalibus ſicut eſt conſuetudinis in multis lo-
cis Alij habent vnum ſecularem procuratorem in
temporalibus et iterum poteſt admitti · Sed non
valet cōſuetudo vt moniales habeant ſecularem con-
feſſorem qui eas dirigit cū regulam ignorat · q̄uis
tollerari poſſit vt habeāt ſecularem Prepoſitum q̄
quādoqȝ inſtituitur ab epō qui preeſt in temporali-

bus Tamen non faciet alienaciones ſine conſenſu
conuentus monialium • aut alia ardua negocia q̄ ad
ſolum pertinent cōuentum ⁊ non ad vnā perſonam
ex regula ſancti benedicti ⁊ ex iure canonico de rebꝫ
eccleſie non alienādis quaſi ꝑ totum Et ſint cōmu
niter ſolliciti erga moniales vt ſuas habeant clau-
ſuras ⁊ nūq̄ʒ exeant niſi pro omagio faciendo non
ſuſcipiant ultra q̄ʒ poſſint ſine penuria ſuſtentari
de bonis monaſterij Nec ꝑmittant eas exire ad cau
ſas tractandas quia non expedit eis exire ad ſecu-
lum propter fragilem ſexum Hoc ꝓuidere debēt or
dinarij vt clauſe maneant ſub intermina͞cōne male-
dictōnis eterne ⁊ obteſta͞cōne diuini iudicij in • c •
v • de ſtatu mō • li • ſexto • Et debent ſingulis an-
nis viſitare talia monaſteria ſiue exempta ſint dū- 2
modo non ſint carū prelati qui eas viſitent ſiue non
exempta et habere ſecum honeſtas perſonas ⁊ om-
nia corrigere ⁊ abuſiones auferre in veſtitu alimen-
tis ⁊ omnibus alijs rebus Et corrigere in capite
⁊ in menbris ac videre ⁊ examinare qualiꝰ regulam
ſeruent ⁊ vbi deficiant ac omnia q̄ pertinent ad vitā
religioſam Et expedit vt ꝑmo faciāt hijs virginibꝫ
collacionem de reforma͞cōne de ſubſtancialibus or-
dinis et de cerimonijs ac alijs contētis in regula
et qualiter ſint obligate dicere veritatem de hijs ſu
per quibus fit interrogacio et ſuper alijs ſi non om
nia interrogantur ſicut nec poſſunt • Nam et ea que
ſciunt emendanda ſi forte excellerunt in votis obe-
diencie pauꝑtatis ⁊ caſtitatis ⁊ dicant qualiꝰ ſciāt 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

occulte aut publice ꝫ Et caueant viſitatores ne in
publicū deducāt q̄ in occulto facta ſunt ꝛ prohibeāt
moniales vt nemo dicat publice ꝙ nō poſſit publice
probari Et viſitēt ſingulas ſeorſum et inquirant ce
poſtea ī publico dicant que dicenda ſunt publice et
q̄ ī p̄uato dicant cuilibꝫ occulte vt fiat emēdacio ꝛ ſer
uetur fama earū Et dicatur ī cōmuni Ecce quecūqꝫ
tacet dicenda rea erit ī iudicio dei ∙ ſimilr̄ q̄cūqꝫ ex
odio aut alio vicio fingit falſa crimīa aut q̄cūqꝫ ex o
dio accuſat aliā qꝛ ī caritate ſūt oīa facienda Et in
quirant viſitatores ſi viuāt ſine proprio ſi ſūt recep
te ſine pactis ſiue exactōne tēporalium rerū ab eis ſi
ſunt ſuſcepte ex promocōne amicorū propter ſangui
nem aut amicos aut propter donaria aut preces ar
matas qꝫ ſymoniā cōmittētes ī īgreſſu ſuo ſūt excō
municate Juxta extrauagātis vrbani ∙ vi ∙ ne ī vinea
ꝛr̄ ∙ Et procurēt eis abſolucōnes quia papa reſerua
uit ibidē abſolucōnem Sed p̄nt abſolui ab ep̄o loci ſi
ꝛ cut alie mulieres q̄ habent caſus papales ſcꝫ quādo
percuterent clericū ꝛr̄ in ∙ c ∙ mulieres de ſen ∙ excō ∙
et ī conſimilibꝫ idē ē iudicium in ∙ c ∙ ī cauſis de ſen
et re ∙ iudicis et in ∙ l ∙ nō poſſunt ∙ ff ∙ de lega ∙ ꝛr̄
Sic enim a ſimili arguūt iuriſte et hic eſt caſus in
quo p̄iculoſum eſſet vagari per mundum ſcꝫ ſi mo
niales exirent pro abſolucōne Nam hoc pie et pro
babiliter poteſt teneri ꝛ conſuetudo ſic induci que ꝓ
hibita non eſt in iuribꝫ in hoc caſu Eciam inquirāt
de ſuperfluo et curioſo ornato et veſtitu ſcilicet ſeri
9 co et colorato colore viridi aut rubeo quoniā oīa iſta
ſūt reprehenſibilia et alia plura in capillorū ornatu

de q̄bꝰ ī cle · ij · cū ibi notatis de ſtatu mō · Et nō ꝑmittat̾ ītrare clerici aut layci ī illa monaſteria monialium ꝙ ſi moīti non ceſſant frequētare ſcʒ vltra duas vices quia due vices dicunt ſequenciā ſi itaqꝫ poſt hoc monitus nō deſiſtit clericus deponit̾ ꝛ laicus excōmunicat̾ ī c · monaſteria de vita ꝛ honeſtate clericorū cū ibi notatis · Et ſint cauti vniuerſi ne ī has penas incidant ꝛ mortalit̾ peccent · qꝛ excōmunicacō nō fert̾ niſi ꝑ mortali peccato vt · xi · q · iij · nemo ep̄oꝝ Capitulū · xxij · de ſuffragijs et memorijs defunctorum ad que ſe obligant monaſteria ·

Capitulo · xxiij ·

Olent eciā multe difficultates fieri ī religionibꝰ racōe ſuffragiorū Quādo qꝫ nēqꝫ ſe obligant ad ſpūalia pro tēpalibus · quāqꝫ ī ponūt grauia onera ꝑ ſtipēdijs ꝑuis · quādoqꝫ īponunt duas miſſas ꝑ multis aut vnā ꝑ duobus · qꝛ vnꝰ petit miſſam et alī ſimilit̾ et ābobꝰ dicit̾ ita et putat quilibet ꝙ vna miſſa ītegre ſibi tantū legat̾ Alij aliter ſe obligāt ad ſatiſfaciēdū pro elemoſinis Unde ad tollendū huiuſmodi ſcrupulos notandū ꝙ in omni oꝑe bono ſūt tria merita Primum ē meritū vite eterne qd̾ quis ſibi meret̾ ī quolibet oꝑe bono et illud alteri non poteſt dare ſed ipſe accipit premiū Et hoc modo dictū eſt opera enī illorum ſequuntur illos Apoſtolorū · xiiij · Et illud yſaye veniet dominus dare vnicuiqꝫ ſecūdum oꝑa ſua Et apoſtolꝰ ſtabimꝰ ōnes ante tribunal xp̄i vt ſuſcipiat vnꝰqſqꝫ ſecūdum opera ſua Et ī ſimbalo Qui bona fecerūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

ibunt ī vitam eternam Quia bonum opꝰ in carita/
te factū vitam eternā meret͛ · ſed malum in peccato
mortali eternam dampnacōnem Secūdum meritū
ē in quolibet ope qđ dicitur ſatiſfactionis qꝛ opus
bonū habet penā quādā eo ꝙ fit per vires aīe ꝛ cor/
poris que laborāt · ꝛ habet pro peccatis ſatiſfactio/
nē quādā ꝗ homo ſcire non pt̄ ſed ſolus deꝰ Et hec
ſatiſfactio pt̄ aliis applicari · Et hoc modo valent
plus ſpẽalia ſuffragia qꝛ liberant eos cicius quibꝰ
applicantur ꝛ valet tantū illis pro quibus fit per
modum ſatiſfactōnis et nō illi qui facit licet ei va/
leat ad pmiū eſſenciale Et vꝫ qn̄ fit ꝑ malos qn̄ ſūt
miſtri eccleſie qꝛ attēdit͛ miſteriū et nō ꝑſona Si e/
ciā q̄s malo cōmittit facere execucōnem in dando ele
moſinā ꝓ defuncto tunc vt inſtrumētū facit ꝛ ideo
valet Si autē malus tꝙ priuata perſona ex ſe facit
ſuffragium priuatū nō valebit defuncto Terciū me
ritum valet medio modo ſcꝫ per modum cōgratula/
cionis ꝛ vnionis caritatis ſic omnes vnū ſūt in ca/
ritate ꝛ ſic eciam oīa bona cōmunicāt ſibi ꝛ quilibet
gaudet et cōgratulatur de bono cuiuslibet Et illud
eſt ꝙ dicitur in Simbolo ſcōꝝ cōmunionē Et ꝑs
particeps ego ſū oīm timenciū te Et illud bonū eſt
omibus cōmune nec vnus poteſt ſibi retinere illud
qn̄ oībus cōmunicet͛ q̄ ſūt in caritate qꝛ oēs gaudēt
Sic Iheronimꝰ dicit ꝙ pſalteriū lectū ꝓ multis tā
tum valet ſicut pro quolibet dictum ſcꝫ quo ad gau/
diū caritatis et cōgratulacōnem boni operis nō aūt
quo ad ſatiſfactōnem Primo igitur modo alteri nō
applicat͛ qꝛ datur p̄miū ſecūdum diſpoſicōnem acti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

pientis ⁊ nullius aūt diſpoſitō aliū diſponit tamen
poteſt ꝑ modū oracionis actus vnius alteri īpetra-
re regnum dei et eſſenciale premium · qꝛ oracio in
nititur ſoli diuine liberalitati et gracie et non iuſ-
ticie dei · ideo vnus poteſt alteri inpetrare gloriam
Secūdo modo applicatur per intēcōnem vni et non
alijs aut certis perſonis ⁊ valet iſtis quibꝰ ſit ap-
plicatꝰ et non alijs ad ſatiſfactōnem · Tercio modo
valet oībꝰ hec eſt ſentēcia doctoris ſancti ſuꝑ quar-
tū ſentēciarū diſtīctōne · xxxxij ⁊ ſchoti in ꝙlibꝫ ⁊
aliorū doctorū ī cōmuni Et ſecūduꝫ hāc diſtīctōnem
dicendū ⁊ reſpōdēdū ē ad multas queſtōes ꝗ poſſēt
moueri ī hac materia Primo ꝙ ſuffragia nullꝰ petit
nec ꝓmittere debꝫ ꝑmo modo ideo ſtulte fecit ille ꝗ
intrauit cellam edificatū ab alio ⁊ ꝓmiſit ꝙ oīa bo-
na ꝗ facturus eſſet in cella applicari deberent fun-
datori celle et nō alteri qꝛ ꝑmo mō nō potuerūt ap-
plicari ꝑ modū meriti · eo ꝙ actꝰ vniꝰ nō diſpoīt ali
ū ad gloriā Stulte eciā ꝓmiſit · Secūdo mō vt oīa
ſatiſfactoria opera fundatori ⁊ nichil ſibi applicaretꝰ
Tercō mō autē de ſe oīa ſūt cōmunia ⁊ ſic eciā nō po
tuit vni applicari Sed poſita ꝙ ſit factū ſit quō fa-
ciēdū ē an ſit reuocāda ꝓmiſſio ā ſeruāda Et ā poſſit
fieri ꝓmiſſio ī talibꝰ Ad hoc dicēdū ſecūdū cōmunē
oēs theologos ⁊ iuriſtas ꝙ pactū ī talibꝰ interuenire
nō debet vt dicant ꝗd vos vultis michi dare in ſpiri
tualibus pro tot temporalibus ſcilicet quot miſſas
ꝑpetuo ꝓ centū florenis Aut ſi dicant ſpirituales
volumꝰ tibi omni die legere vnā miſſam ꝓ ducētis
florenis aut cōſimile Quia ōnes ī hac materia ſane

ſcribētes reprobāt ⁊ arguūt hec oīa q̄ dicta ſunt quia
pacta ī ſpiritualibꝫ faciūt ſimoniā . i . q . ij . ꝙ pie ⁊
de ſymonia quaſi per totū . i q . i quaſi per totū Se
cūdo attēdendum eſt ꝙ intēcio reguletꝰ vt accipiantꝰ
tēporalia tꝙ̄ ſtipēdium laboris Jdeo ſi q̄ non indi-
gent meritorie ⁊ cōſulte dicant vt alij faciant opera
illa ⁊ vt alijs dent elemoſinas ⁊ conſtituant ac pe-
tant ibi ī ſpiritualibꝫ Poteſt igitur ſancta eſſe ītēcio
quādo vt ſtipēdium ſuſcipiuntꝰ tēporalia qꝛ dignus
ē marcenarius ſtipēdio ſuo Et xp̄c dignus ē merce
narius mercede ſua . apoſtolus Quis militat ſuis
ſtipēdijs vnꝙ̄ q̄ igitur de altario viuunt de altario
ꝑticipātur licite ⁊ ſcē nec hoc ē reprehenſibile Qui
autē nō īdigēt meliꝰ ē vt alijs cōmittāt vt alij ora-
tiones faciant Et etiā poſſunt tꝑalia accipi vt ſint
pro‹u›ocatiua ad ſpiritualia facienda vel tꝙ̄ finis mi-
nus ꝑīcipalis vel gratis dare vt gratis dentꝰ ſpi-
ritualia Et omnes modi iſti quo ad ītencōnem ſunt
liciti ⁊ ad honorem dei directi ſunt meritorij ex cari
tate ⁊ recta intēcione eterne vite qꝛ illam merentur

D

Sed redditur intēcio illicita Primo ſi intuitus ⁊ ī-
tēcio feratur ad tēporale cōmodū tꝙ̄ ad precium rei
ſpiritualis quaſi ſit adequatio valoris vnius ad al-
terā ſicut ē ī vendicōne et empcōne rerū tēporalium
et corporaliū aut ī corporalium ſcꝫ q̄n euiuntꝰ Jura
⁊ ſeruitutes ī agris aut doībus Secūdo ſit intuitꝰ
ad cō‹m›odum tēporale quaſi ad principale motiuū
ſcꝫ dandi ſpiritualia ad finem vltimum pro tēpora-
libꝫ vt finis ponatꝰ in tēporalibꝫ cōmodis Et hijs
duobꝫ modis ē ciō illicitū dare ⁊ accipre tēporalibꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

pro ſpūalibus et ecōuerſo qꝛ prohibitū iure diuino ꝛ
humano Et qui hac intencōne accipiunt tꝑalia pro
ſpūalibus vt ſic vendant que vendere nō poſſunt ꝟ
ſpūalia pro tēporalibꝫ emāt q̄ emi ꝓprie nō poſſunt
ꝛ ſi nullū pactū faciunt ſufficit intēcio mala qꝛ ſūt
ſimoīaci ꝛ heretici ſi pertinaces ſint dicendo ꝙ do-
nū ſpirituale poſſit vendi ꝓ tꝑalibus Et hoc modo
ſacri canones cōdempnant ſimoniacam hereſim ꝛ vo
cant ſimoniacos hereticos quoniā male ſenciunt de
ſpiritu ſcō ꝛ volunt emere aut vendere que precio
cōꝑari nō poſſunt Sed hec tēporalia accipere vt mi
nus principale motiuū et ſicut debitū iure diuino
tꝙ ſtipendiū pro ſuſtentacōne ē licitū qꝛ dignus eſt
oꝑarius mer· ſua vt dictū eſt Tamen abſtinenduꝫ
eſt ibi ab omni ſpē mala · vt dicit apoſtolus Ideo
non debet fieri pactū Nec eciā debent retineri ſpiri-
tualia donec dentur tēporalia · nec eciā exigi debent
tēporalia cū ſcādalo qn̄ data ſūt ſpiritualia Tamen
ſi cōſuetudines laudabiles nō ſeruantur ſcꝫ ꝙ capel
lano ſolent dari duo denarij qn̄ viſitat infirmū aut
cōmunicet aut iniungat Si autē non dantur ſibi ea
qḋ cōſuetū ē nō debet exigere nec ſacramenta retine-
re donec dentur · ſed pure propter deū dare et adire
ordinariū iudicem vt cōpellat populū ad tenendum
laudabilem cōſuetudinem Sic intelligitur cauſam
ad apoſtolicā ꝛ q̄ ibi notant᷑ de ſimonia Concordat
doctor · ſ · ſecūda ſecūde · q · centeſiā articulo t̄cio ·
ꝛ alij cōmuniter doctores Et ſi ē indigens pleba-
nus aut paſtor p̄t a ſubditis petere ſubſidiū ad rele
uādam ſuā idigēciam Et ſūt hec cōſiderāda i opi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

buſ ad q̄ q̃ſ non obligatur ſi autē obligatur ex debi-
to officij et habet cōſtituta ſibi ſtipendia male ali-
quid exigit vltra cōſtitutū niſi deficiat vt plebanus
q̃ tenetur ex debito celebrare miſſas feſtiuis diebus
et ꝓ defunctis in cōmuni ebdomada et poſt feſtum
omniū ſcōꝝ ꝛ ꝓ talibus aliq̄ exigit in ſtipendiū
laboris peccat· tñ ſi nō ſufficiunt ſtipendia ſibi p̄t ca-
ritatiue petere vt ſubiti ſibi ſubueniant Sic epi q̃
habent redditus et cenſus ac alia multa in ſua dio-
ceſi vt inde teneant miniſtros et per ſe habeant ſti-
pendia ad dandum gratis ordines inſtitucōnes et
cōfirmacōnes et ſi qñqꝫ legittime inpediūtur ꝓui-
deant inſtipendio ſuffraganio Juxta decreta cōſilij
cōſtañ · Q̄ḋ ſi nō fecerint ſed ſimoniā cōmiſerint vt
hodie fit in multis locis ſubſtitutꝰ ſcꝫ ſuffraganiꝰ
et principalis epiſcopꝰ ſint priuati dignitate ep̄ali
et ſint excōmunicati vt ibi ſicut et alij ſimoniaci ī · c
ſaluator et · c ꝛ ex multis · i · q · iij · Secūdum ſani-
orem intellectū excōmunicātur ibi ſimoniaci ſicut et
martinus papa declaratur in conſtitucōne dampna-
bile ſcelus et in conſilio conſtañ allegato Similiter
gratis dare debent confirmacōnes et inſtitucōnes ·
Si autē exigunt aliq̄ directe aut indirecte incidūt
in penas conſtitutas cōtra ſimoniacos · ꝛ inſtituti
ſimoniace nō acquirūt titulum vt expreſſe habetur
in decreto cōſilij conſtañ ꝛ baſiliñ Si quis tamen ac-
tu acquiſiuit ius ꝛ inſtitutus ē ac confirmatus et
vexatur vt aliquid det ille p̄t licite dare vt redimat
vexacōnē in · c · cū dilectus de ſimonia Sicut qui la

croni volēti ſe occidē ꝗ̄t captiuaē dat aliq̄ꝺ vt recedat
ab eo· ſic illi qui vult tollere tunicā dandū ē palliū
vt xp̄s docet vt ſic homo habeat pacē Nō tñ excuſa-
tus ē qui male accipit tunicā aut pallium Et apoſ-
tolus dicit ad epheſios videte quō caute ābuletis nō
quaſi inſipientes ſed ſapientes redimentes tempus
quoniā dies mali ſunt Dicit auguſtinꝰ Tempꝰ ille
redimit qui aliq̄ꝺ dat ex tēporalibus bonis vt habeat
ſpiritualia bona in pace ⁊ vt ī ſe pacem habeat ⁊ nō
cōtendat ī iudicio ſe ipſū ꝑturbādo et in oracōne īpe
diēdo qꝛ iudiciū ē cordis irritacio vt dicit ſanctꝰ criſ-
oſtimꝰ Sic ſepe in neceſſitate accipit homo ab vſu
rario pecuniā et dat ad vſurā qꝛ nō poteſt aliter ſibi
cōſulere ⁊ ſic malo alterius vtitur ad ſui vtilitatem
qui tamē ꝑatus ē vſuras exercerē vt dicit ſanctꝰ tho
mas Et nō peccat qui dat vſurario tali vſuram ⁊ ac
cipit ab eo vſuram Idem ī ſentēcia dicit auguſtinꝰ
ad publicolam in eplā in cōſimili materia Nō autē ē
licitū īducere hominē qui vſuram nō cōſueuit exer
cere vt det ad vſuram · vt dicit thomas in ſecūda ſe-
cūde · q · de vſura · Et hoc modo abbas prepoſitus
aut aliꝗ cōfirmatꝰ ab ep̄o ꝗ̄t ſuo officiali aut aliꝗ ab
alio ſi multū vexatur vel vexari aut grauari veri ſi-
militer eſtimat a ſuo confirmatore poteſt aliq̄d da-
re ſcꝫ vt quietet ipſum ſiue det · xx · aut · c · ille ma-
le accipit q̄ꝺuis iſte ſancte tribuat vt redimat vexa-
cionem et emat pacem et a maiori ſe liberet periculo
minꝰ dando· Unde quia quaſi nichil laborant ⁊ ſtipē
dia habēt gratis debēt facere ordinacōes īſtitucōes

cõfirmacõis Et huiuſmodi ſcriptores moderatū tā/
tū pro labore litterarū ſtipendiū pñt accipere attē/
to labore non valore dignitatis que cõfirmatur aut
beneficij qḋ cõfertur vt ī cõſilio baſilien̄ ē cõſtitutū
et diffinitū de anna · Concordat doctor · l · et alij
theologi et iuriſte Ideo abbates et alij nō ſint āplius
in hijs ſcrupuloſi dūmodo ante ius q̄ſitū ſibi ſcʒ āte
cõfirmacõnem nichil pmittant Similiter qui ſtatu
ta iurāt ſi nō intendāt ſe obligare ad dandū ſed poſt
q̄ ſūt īſtituti et cõfirmati ſi aliq̄ exigitur poſſunt da/
re quaſi exacti et coacti vt habeāt pacem quāuis ma
le accipiāt In eccis autem kathedralibꝫ et collegi
atis melius eſſet vt fructus pmi et ſecūdi āni ꝛ fcij
deputarentur ad fabricā et ad ſacras veſtes ꝛ huiuſ/
modi pꝫ vacacõnem beneficiorū vt cõſtitutū eſt ī cõ/
ſilio cõſtā · q̄ aliq̄ exigere Sic cõcedūtur fructus
pmi āni ex licencia pape licite epo pro neceſſitatibus
eccleſie · c · ſi ppter de reſcrip · li · vi Si tamen epi ꝛ
alij prelati q̄ faciūt īſtitucõnes cõfirmacõnes et hu/
iuſmodi fuerint de paupertati poſſunt petere carita
tiuū ſubſidiū a ſubditis ſuis iuxta capit · cū apoſ/
tolus de cenſibus Non autē debent ſimoniā cõmitte
re q̄ in nullo caſu pmittitur ymmo vt canō dicit Me
lius ē fame mori q̄ ſimoīacis veſci Nam ī nullo ca/
ſu malū ē faciendum homo nāqꝫ potius debet omīa
mala ſuſtinere q̄ malo cõſentire · facit · capit · ſacris
q̄ metus cauſa Et xp̄s nolite timere eū q̄ occidit cor
pus ſed illum qui habꝫ ptātem corpus ꝛ aīaꝫ pdere
ī iehennā Et q̄ me erubuerit ꝛ meos ſermones hūc
filius hominis erubeſcet cū venerit ī maieſtate ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

et patris et angelorum Jlle autē erubeſcit xp̄m et
eius ſermones · q̄ ex quacūqȝ neceſſitate facit malū
ex timore · ſic qꝛ plus timet famā aut dampna q̄p
xp̄m non ē eo dignus Et ſic in ſimilibus ē dicendū
quia vt dicit doctor · ſ · malum nō habet racōnem e-
ligibilitatis qꝛ in nullo caſu malum culpe eſt eligē
dū q̄uis venerabilis facit capitulu · ſacris allegatū ſu
p̄ Ex predictis patet q̄liter ſit in ſpiritualibus di-
rigenda intēcio ꝛ ſecūdum hoc ſunt intelligendi doc
tores ſancti Obiecit michi nouiī quidā prepoſitus
magnus licenciatus ī vtroqȝ iure quaſi defendens
q̄ licitū ſit dare ꝑ tp̄alibus ſp̄ualia illud de Gerſo- G
nio cancellarij pariſieñ dicens Eccleſiaſticꝰ accipiens
temporalia quando confert beneficia non ex hoc
conuincitur eſſe ſimoniacus Hoc quidem concedo qꝛ
p̄t gratis data accipere ꝛ ſic nō cōmittit ſimoniā Si
autē ex pacto accipit aut tꝗ p̄ricipalem mercedē aut
quia nō vult dare bn̄ficia niſi accipiat tp̄alia ī hijs
et cōſimilibꝰ ſimonia cōmittitᵘ Dicit tn̄ idē doctor q̄
conſuetudo excuſat in hijs q̄ accipiuntᵘ et exiguntᵘ
a ſuffraganijs Sȝ cōſilia generalia conſtañ ꝛ baſi-
lieñ ꝛ alia a principio eccleſie cōtradicunt ꝛ diffini-
unt q̄ gratis debent cōferri exceptis hijs que vo-
lunt gratis dare ceſſañ pacto Et ſic cōſiliū calcedoñ
et alia multa ſtatuerunt Nec excuſatᵘ homo ſi ad fa
bricam aut alium piū vſū debeant deputari q̄ ſic ex
ig̃uitur vt in · c · ex multis et · c · ſaluator · i · q · iij ·
et in conſtitucōne vrbani · vi · ne in vinea Et dicit h
gregorius nō iuuatᵘ neqȝ releuatur qui male accipit
vt bene expendat Eſt igitur modus ſeruandꝰ talis

Si quis venit et petit ꝑ parentibus aut aliis vnā
miſſam interrogās q̄ꝰtū debeat dare pro vno perpe
tuo anniuerſario aut pro vna cōmēoracione· dicat p̄
latus Non cōſueuimꝰ hoc vendere neqꝫ hoc eſt licitū
ſed ſi vultis aliq̄d dare deus dabit vobis premiū et
pro quibus deſideratis Et ſi nobis datis elemoſi
nam faciemus q̄ deo ſcire poſſumus placita nichil
autē ex pacto facere debemus Si autem aliqua pe
titis poſt donacionem elemoſine erit in poteſtate
noſtra ſi facere volumus tamen iuſta petita non cō
ſueuimꝰ abicere neqꝫ gratis elemoſinas manducare
Et nō dubitetis quin deus vobis pro elemoſina da
bit mercedē et eciā de bonis noſtris inſatiſfactōꝫ da
bit vobis ſicut cōgruū fuerit et eciam ſi nichil vobis
L ꝑmitteremꝰ Sic et priores ſancti pōtifices Augꝰ
gregorius ambroſiꝰ ·et alii multas eccās fundaue
runt Similr̄ ꝛ ſancti pn̄cipes Cōſtantinꝰ karolꝰ
Teodoſiꝰ et alii plurimi non tamen leguntᷣ certas
miſſas inſtituiſſe pro ſe ſed ſufficere videbatur ſanc
tis iſtis q̄ꝫ mercedē a deo reciperēt ꝛ tn̄ ꝑ ſuo labo
re quātū cōgrueret apud deū Et iſti vtiqꝫ quātū ſa
pio melius egerunt qꝛ iudicio dei ſe cōmiſerunt · vt
tantū de bonis miniſterorū eccleſiarū quas fundaue
runt ſuſciperent inſatiſfactōeꝫ q̄ꝰtū deus iudicaret
iuſtum ꝛ dignum Qui autē volunt inſtituere ꝛ cer
ci eſſe ſi minꝰ q̄ꝫ mirentᷣ ſtatuunt tunc ſeipſos deci
piūt et ſibi fraudē faciūt et non aliis Si autem plꝰ
quā oportet deus erit cauſe iudex et non ratificabit
que agunt cōtra veram iuſticiam grauādo homines

ſpũales ꝛ onera grauia ĩiuſtẽ eis ĩponentes· tñ iu/
dex iuſtus deus non dabit talibus ſic tp̄alia danti
bus plus ꝙ oportet ĩ ſatiſfactoꝫ quia odio habet in/
iuſticiã et nõ habꝫ locũ ĩ ſuo iudicio Ipſe oppreſſos
releuat ꝛ opprimentes dampnat et diſtricte iudicat
Ideo ĩformãdi ſũt hoĩes ſimplices ĩ hijs petendis k
et ĩſtituẽdis beneficijs ꝛ ſuffragijs vt nõ ſint ſolli
citi ſicut ĩ corporalibus ꝛ tp̄alibꝰ rebꝰ· qꝛ nõ ẽ deꝰ
vt homo nec ſibi placet decepcio et inequalitas ſed
iuſtum iudiciũ opus eius Et ſperandum ẽ vt dicit
magiſt̃ matheꝰ de cracouia ꝙ deus dirigat corda ſim
plicium in hijs materijs ꝛ ſuffragijs vt nõ eorum
mens maculetur ſimonia eo ꝙ eorum intencio eſt
talis ſicut eccleſia docet · et quia vellent pocius om
nia mala pati ꝙ cõtra deum agere in predictis aut
in alijs Ideo ſperãdum eſſe ꝙ deus dirigat eorum
corda vt nõ ſint pertinaces in hijs· et quia ſi faciũt
ꝙ in ſe eſt nõ poſſunt in diuino iure errare ſed vnc/
tio eius docebit eos de õnibꝰ· Similiter in iure qñ
eis promulgatur et quãdo faciunt pro poſſe ſuo et
ſtatu diligenciam excuſantur quia inuincibilem di/
cuntur habere ignoranciam quam illi habent qui fa
ciunt ꝙtum ĩ ſe eſt bonam diligenciam pro ſtatu ad
ſciendum illa que ad ſe pertinent pati ſemper obediẽ
et diſcere que ſcire oportet in iure diuino ꝛ humano
Et tales ſi errant eciã in fide excuſant̄ qñ non ſunt
ꝑtinaces vt dicit doctor ſanctus Sic multi ſũt ſim
plices q̃ putãt deum corporeum et tñ ſũt in ſtatu ſa
lutis quia non ſunt ꝑtinaces nec defendunt hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 90

ſententiã . q̄ꝰ ſi facerent heretici eſſent . vt dicit au/
guſtinus alias nō ⁊ iiij . q . iij . dixit apoſtolꝰ Sed
ponatur ꝙ aliquis ex ſimplicitate faciat pactū ī ſpi/
ritualibꝰ quia forte eſt laycus qui nō obligatur ſci/
re iura Ad hoc dicendū ſi ē intēcio bona et ꝑatus ē
doceri et ſtare ſꝑ in doctrina ecclē ⁊ ſi inſ̄ rogaretur ſi
iſta cōuencio ꝙ̄ factis nō ē bona ſed reprobata ab eccle
ſia vis ne reſilire ab ea dicat ille vtiqꝫ . qꝛ nichil intē
do contra eccleſie doctrinam facere ſed pocius illi ſꝑ
ſubiectus eſſe et ab ea corrigi Et ſic bona ē intēcio li
cet ex ſimplicitate excuſetur Non ſic ſꝑ ſpūales vi
ri qui debent eſſe edocti ī talibus vnde nō vꝫ contrac
E tus talis Nos abbas et cōuentus cōuenimꝰ cū tali
cute . h vt ꝑſoluamꝰ ei vnā miſſam ſingulis diebꝰ
pro ducentis florenis Sed ſic ē formandus modus
Nos abbas et cōuentus recognoſcimꝰ nos recepiſſe
libera donacōne a tali homine centū florenos Ideo
prouocati tantis beneficijs libere ei damꝰ vnū per
petuū āniuerſarium ſecundum modū ordinis noſtri
Aut ſic Quia talis multa beneficia contulit nobis
danda illa ⁊ illa petenſqꝫ a nobis ſpiritualia ſuffra/
gia nos libere propter deum ſine pacto ſed pure con
cedimꝰ ei vnam miſſam qualibꝫ ebdomada ī noſtra
eccleſia ſꝑ celebrādam vel qꝛ . nos ep̄s recognoſcimꝰ
ꝙ talis . n . fundauit beneficiū ī tali loco annuatim
xx ⁊ florenorū petens a nobis vt beneficiatus ſit ob/
M ligatus omni ebdomada ad tres miſſas Que peticō
